

esset nec alia ipsius cause cognitio ad eum quomodolibet pertineret de consuetudine vel de jure, dictaque vidua coram archidiacono de Osenbuge in ecclesia Osnaburgensi, ad quem cognitio hujusmodi causarum in civitate Osnaburgensi de antiqua et approbata ac hactenus pacifice observata consuetudine pertinet quique in premissis non fuerat negligens vel remissus, esset juri stare parata, prefatus episcopus ad monitionem hujusmodi processerat minus juste dictaque vidua eidem monitioni parere minime tenebatur et ad id compelli de jure non poterat nec debebat; et ab eodem episcopo fuit humiliter postulatum, ut monitionem hujusmodi, quantum ad eum processerat, revocaret. Et quia idem episcopus eam super hoc audire contra justitiam recusavit, pro parte dicte vidue exinde sentientis indebite se gravari ad sedem fuit apostolicam appellatum. Quocirca mandamus, quatenus vocatis' etc.

2) 'Sua nobis dilecta in Christo filia Margareta, relicta quondam Bertoldi Drubere opidani Embecensis laici vidua, Maguntinensis diocesis, petitione monstravit, quod cum olim Gerardus de Buckenhusen lapiscida laicus, Hildensemensis diocesis, se pauperem orphanum nominans et falso appellans, et quod dicta Margareta super terris, debitis possessionibus et rebus aliis injuriabatur eidem, contra eam super hiis apostolicas ad abbatem monasterii sancti Egidii in Brunswyg Halberstadiensis diocesis sub ea forma litteras impetravit¹⁾, ut illos, sub quorum jurisdictione injuriatrix ipsa consistebat, attentius moneret, ut eidem pauperi super hiis exhiberi facerent justicie complementum, alioquin ipse partibus convocatis audiret causam et appellatione remota fine decideret [debito?], faciens quod decerneret per censuram ecclesiasticam firmiter observari, dictamque viduam fecisset super hiis coram dicto abbate auctoritate dictarum litterarum ob²⁾ dua gravamina ad iudicium evocari. Ex parte dicte vidue fuit coram eodem abbate excipiendo propositum, quod causam³⁾ cognoscere non valebat dictaque vidua coram eo pretextu dictarum litterarum respondere minime tenebatur et ad id compelli de jure non poterat neque debebat; et quia dictus abbas eam super hoc audire contra justitiam recusavit, pro parte dicte vidue exinde sentientis indebite se gravari ad sedem fuit apostolicam appellatum. Quocirca mandamus, quatenus vocatis etc. Testes etc'.

Band XI. Eine in ähnlicher Art wie der zweite Theil von Band IV zusammengestellte Abtheilung hat Band XI, der im übrigen aber wegen seiner verschiedenartigen Bestandtheile eher als Sammelband zu bezeichnen ist.

Er war eingheftet in einen Brief Eugens IV. für spanische Kleriker von 1438, auf dessen äusserer Seite die

1) Text 'impetravit'. 2) Text 'ac'. 3) Text 'em'.